Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

seruitus successerit. et etas est regendis li-
bis habitior quam candidis. pudore est-
limi l[ice]t fecit gestare iudicia. et gravari
aliene etatis heredit[ate]. honestatem et tumesce[re]
alvum non sui temporis fructu. Pudebat ergo
eam propter etatem. unde intelligi potest quia iam
non conveniebant inter se coniugali commercio coniuga-
li. Neque enim ea que senilem non erubescebat
coitum: erubescebat partum. Sed tamen erubescat
honestus parentis: quod adhuc nesciat misterium reli-
gionis. Sed que occultabat se quia conceperat fili-
um: iactare se cepit quia generabat prophetam.
Marg[inalia]. Et ideo dicit. **Mensibus quinque**. id est donec
maria conciperet. et fecit ei exultans cum
gaudio prophetaret. Ambrosius. Et que prius partu-
sui erubescebat causam: rursus curamisse
se gaudebat obprobrio. **Dicens quia sic fecit
mihi deus.** Crisostomus. Solvit sterilitatem. donum
super naturam contulit. Ex petra infructuosa
spicas virentes produxit. abstulit de-
decus: dum genitricem fecit. Unde sequitur. **In di-
ebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines.**
Ambrosius. Pudor enim est feminis nuptiarum
premia non habere. quibus hec sola est causa nuben-
di. Crisostomus. Duplicatur ergo gaudium. dum et a no-
ta sterilitatis ipsam eripuit deus: et quam il-
lustrem partum enixa est. Non enim ut ma-
tris solius conubium gigneretur intervenit:
sed gratia celestis huius ortus fuit exordium.
Beda. Misterialiter autem per zachariam sacerdotium
iudeorum. per elizabeth potest lex ipsa designari.
que sacerdotum doctrinis exercita spirituales deo filios
gignere debebat. sed non valebat. quia
neminem ad perfectum adduxit lex. Erant
ambo iusti quia bona est lex. et sacerdotium. pro illo
tempore sanctum. ambo processerant in diebus suis.
quia adveniente christo. iam inclinabant ad senium.
Ingreditur zacharias templum. quia sacerdotum
est intrare in sanctuarium misteriorum celestium. sed
foris orat multitudo. quia mistica penetrare
nequeunt. Dum altari thimiama imponit. nas-
citurum iohannem agnoscit. quia dum doctores
flamma divine lectionis ardent: gratiam dei per ipsum
proditurum reperiunt. Et hec per angelum: quia

lex per angelos ordinata est. Ambrosius. In uno au-
tem vox tota plebis obmutuit: quia in uno tota
ad deum populus loquebatur. Transivit enim ad nos
dei verbum et in nobis non tacet. Mutus est qui
non intelligit legem. Cur enim dicis magis
indicatur mutus esse quam sonum quam qui misteria
non nesciat. Iumenta similis est populus iudeorum
qui actuum suorum prestare non potest rationem. Beda.
Et tamen elizabeth concepit iohannem. quia interi-
ora legis sacramentalis christi redundant. Concep-
tum quinque mensibus occultat. quia moyses quinque
libris misteria christi designat. Sive quia christi dispen-
satio in quinque mundi etatibus per sanctorum dicta
vel facta figuratur. Beda.

In mense autem sexto missus est angelus gabriel a deo in civitatem galilee cui nomen nazareth. ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo david: et nomen virginis maria.

Quia christi incarnatio sexta etate seculi futura erat
ad implendum legis
erat profutura: recte
sexto mense concepti io-
hannis missus ad ma-
riam angelus nas-
citurum nunciat sal-
vatorem. Unde dicitur.
In mense autem sexto. Mensem sextum: mar-
tium intellige. cuius
xxv. die. dominus noster
et conceptus est dicitur et pas-
sus. Sicut et xxv. di-
e mensis decembris
natus. Et si vel hec de-
ut non ulla arbitrium
est equinoctium vernale
vel illo solsticium bru-
male fieri credimus: conve-
nit. cum lucis incremen-
to concipi vel nasci eum
qui illuminat omnem
hominem venientem
in hunc mundum. Et siquis
ante domice nativitatis
et conceptionis tempus.
lucis vel crescere velit.